

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XXVII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Est & alius Draco australis in celo, sed is rarius uidetur. De septentrionale igitur accipi decet. Inde autem colligimus post fluctus huius celsa gaudia nobis reservari.

- 14- Ecce hec partes uiarum] Hec quauis magna diuinae potestatis indicia sint, quatacūq; tamen iure parua reputabūtur, & uix tenuis sibilus ad ingēs tonitruum: Nihil itaq; tam atrox, quod fides ipsa non tolerare possit, sic se in operibus potentiae dei exercens, maxime adhibito promissionis uerbo.

CAPVT XXVII:

- 1 **E**T addidit Iobes magnificare parabolam suam & dixit.

Sophares nunc iuxta ordinē differere debebat, sed contemptiorē arbitrat̃ Iobem, quā ut eum responso dignetur, id quod subinde faciunt conuicti heretici. Itaq; quā causam suam non stabiliret, Iobes ad omnes sermonem suum uertit, infractus adhuc, illisq; iuramento testatur se quam diu uiuat non subscripturum, accusans eos qui tam temere innocentem accusare, & iudicia sapientiae dei quae imperscrutabilis est inuadere audeant. Deinde alio sermone, asserens exemplum suum, docet nequaquam sic iudicandum hominibus. Magnificare parabolam posui, ubi habet tollere parabolam, uult enim nequaquam ueritatis assertorem, uictum, sed magis fortem ac disertū sub finem, deq; rebus suis eximie loquutum.

Disputationis tertiae oratio sexta,
Iob decimo loquitur.

- 2 **V**ixit deus qui amouet iudiciū meum, & altifimus qui amaricat animam meam.
3 **O**mnī tempore quo habitus meus in me,
& spīritus dei in naribus meis.

Si loquen

- 4 Si loquentur labia mea iniquitatē, & lingua mea
si meditabitur dolum.
- 5 (Absit à me, si iustificabo uos donec expirauero
non amouebo simplicitatem meam à me.
- 6 Iusticiam meam apprehendi, & non mollis ero, nō
obiurgabit cor meum super diebus meis.
- 7 Erit sicut impius, hostis meus, & qui insurgit con-
tra me sicut iniquus.
- 8 Quæ enim expectatio hypocritæ si auaritiā se-
ctatur, ubi rapuerit deus animam illius.
- 9 Nunquid clamorem illius audiet deus, quando ue-
nerit super eum tribulatio.
- 10 Nunquid in altissimo oblectabitur, (&) inuocabit
deum in omni tempore.
- 11 Docebo uos (ea quæ) in manu dei, (&) quæ cum
altissimo non cælabo.
- 12 Ecce uos omnes uidistis, & propter quid uanitate
euanescentis & dicentes.
- 13 Hæc est pars impij cum deo, & hæreditas tyranno-
rum (quam) ab altissimo sument.
- 14 Si multiplicati fuerint filij eius, in gladium erunt,
& soboles eius non satiabuntur pane.
- 15 Reliquiæ eius in morte sepebuntur, & uiduæ eius
non plorabunt.
- 16 Si congregarit sicut puluerem argentum, & sicut
lutum

lutum præpararit uestem.

17 Præparabit & iustus induetur, & argentum innocens diuidet.

18 Aedificat sicut araneus domū suam, & sicut umbra-
culū (quod) fecit custos uineæ.

16 Diues dormiet & non congregabitur, oculos suos aperiet, & nulla erunt.

20 Apprehendent eū sicut aqua terrores, ut nox furabit eum turbo.

21 Sustollet eum uentus & ibit, & in turbine cōmouebit eum de loco suo.

22 Et mittet super eum (plagas) & non parcat, à manu illius fugiens fugiet.

23 Plaudet super eū manibus suis, & sibilabit super eum à loco eius.

CAPVT XXVIII.

1 SAnè est argento egressio, & auro locus (quo) conflant.

2 Ferrum de puluere sumitur & (de) lapide excoquitur æs.

3 Finem posuit (deus) tenebris & omni perfectioni, quam ipse probat, lapidem tenebrarum & umbræ mortis

4 Auxit flumē cōtra accolā, obliuioni datæ sunt (aquæ) à pede, exaltatæ sunt plusquā homo, motæ sunt.

Qq

Terra